

Substantiva primae declinationis.

I. Substantivum, quod in *á* vocalem exit, unum apud Homerum invenitur appellativum: *Θεά*, qua in voce per omnes casus *α* purum conservatur, praeterquam quod in dativo pl. praeter *Θεαῖς* ε 119 exstat et *Θεῆς* Γ 158 (*Θεαῖς* Bekk.) et *Θεῆσι* Θ 305 Γ 286.

Ad hunc locum adnotandum est, in lexicis Homericis iis potissimum, quae in discipulorum usum edita sunt, etiamnunc legi formas nominativi atticas *ἀγνιά*, *ζειά*, *παρειά*, *ῥοιά*, *φλιά* nescio quo iure pro formis ionicis *ἄγνια*, *ζειή*, *παρειή*, *ῥοιή*, *φλιή*, quamquam ibidem semper per *η* scribuntur nomina *χειή*, *στειλειή*, *δοιή*, *χροιή*, *σκιή*, id genus alia.

II. Substantiva in *ᾱ*, quod vulgo purum dicunt, exeuntia. (29) Omnia nomina fem. gen., quorum nominativi in *ᾱ* exeunt, antiquitus ante *α* habuerunt *ι* vocalem, quae in multis eius generis nominibus etiamnunc cernitur, in aliis evanuit. cf. L. M. II, 404. 490.

1) *αῖα* (= *γα-ια*, *φα-ια*, *αῖα* G. C.); *ἀνόπαια* α 320. *Ἀρίσταρχος* δέ φησιν ὄνομα ὀρνέου ἢ ἀνόπαια ὡς φήνη εἰδομένη (γ 372). *Ἀρίσταρχος* ἀνόπαια προπαροξυτόνως ἀναγιγνώσκει, ὄνομα ὀρνιθός λέγων. in ea voce admodum obscura Aristarchi auctoritatem sequi malo, quam aliorum opinionibus in diversas partes trahi. cf. Ameis. append. crit. p. 15; *γαῖα* = *γασ-ια* (zd. gava, terra. scr. gaû-s); *γραῖα* α 438 = *γραφ-ια* cf. *γραῦς*; *μαῖα* apud Homerum semper vocativi locum tenet. *μα-ια*, *μή-τηρ*, *Μαία*.

2) *βασίλεια*, regina. *βασίλεϛ-ια*, *βασιλεύ-ς*; *δυσαριστο-τόκεια*, cf. *τοκεύς*; *κράν-εια* cf. *κράνον*. cornus; *κώδεια* Ξ 499; *μισγ-ἀγκεια* = *μισγ-αγκεσ-ια* cf. *τὸ ἄγκος*; *πέλεια*; *τρουφάλεια*.

3) *ἄγνια*. *ἄγνιαν* Υ 254 (*ἄγω*), in attica dialecto scribitur *ἀγνιά*, ut *ὄργνιά* et *ὄργνιά*. Animadvertas, mutata ultimae syllabae quantitate mutari accentum, quamquam mihi ea ratio tantum ad singularis num. formas pertinere videtur: *ἄγνια* *ἀγνιῆς* *ἀγνιῆ* *ἄγνιαν*, nam omnes formae pluralis numeri, quae apud Homerum exstant, habent accentum in ultima syllaba. cf. Mehlhorn. § 143; Goettlingius p. 138 hanc proponit de accentu nominativi in his nominibus regulam: Si *α* vocalis corripitur, nomina bisyllaba fiunt properispomena, trisyllaba autem proparoxytona, contra si *α* vocalis producitur, omnia fiunt oxytona. Cuius regulae auctor est Choerob. Bekk. Anecd. p. 1217: ἐπὶ τῶν εἰς *α* βραχυκαταλήκτων εἰώθασιν οἱ Ἴωνες βαρυτονεῖν τὰς λέξεις, ὡς καὶ ἡμεῖς οἷον *ἄγνια*, *Ἄρπνια*, *Πλάταια*: ὅταν δὲ γένηται ἡ τελευταία συλλαβὴ μακρὰ Ἰωνικῶ ἔθει καταβιβάζεται ὁ τόνος οἷον *ὄργνιάς*, *ἀγνιάς*, *Θεσπιᾶς*, *Πλαταιᾶς*. Ἴδοῦ ταῦτα ἐν τῇ τελευταίᾳ συλλαβῇ ἐπιδέχονται τὸν τόνον· ἐπειδὴ οὖν τὸ ἴα καὶ μία ἐν τῇ γενικῇ καὶ δοτικῇ μακροκαταληκτοῦσι, τούτου χάριν Ἰωνικῶ ἔθει κατεβίβασαν τὸν τόνον καὶ περιεσπᾶσθησαν, οἷον *ἰᾶς* καὶ *μιᾶς*, *ἰᾶ* καὶ *μιᾶ*. Addo scholion Z 422: ἰᾶ ὡς σφῶ Ἀρίσταρχος· καὶ ἐπεκράτησεν αὐτοῦ ἢ ἀνάγνωσις. ἐκεῖνο μέντοι ἀναγκαῖον προσθεῖναι ὅτι τὸ ἴα βαρυτόνως ἀνέγνω ὁ ἀνὴρ καὶ τὸ μία· οὐδ' ἴα γῆρος καὶ μία δ' οἷη. Τὰς μέντοι δοτικὰς περιεσπᾶσεν ἰῆ ἄρα γίνομεθ' αἴση, καὶ ἰῆ δ' ἐν νυκτὶ γέροντο. καὶ φασὶ γε. τὸ τοιοῦτο εἶδος Ἰόνων εἶναι.